



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI  
DI TRENTO  
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE  
**CARITRO**  
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

INAMA NICCOLÒ, *Panegyricus illustriss.mo et rev.mo D.D. Karolo Madrutio Trid. episcopo, et principi, atq. cardinali amplissimo, in eiusdem felici ad cardinalatum evectione a Nicolao Inamio Tridentino, officij, & gratulationis ergo dictus; in quo satis accurata, nec parum subtilis de sacrosancto cardinalium ordine exstat commentatio*, Trento, Giovanni Battista Gelmini, 1604.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op c 64

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/84>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. T. c. 2169

20.028

BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

T
I-Op
6
64

K115129
D113968





PANEGYRICVS  
MO MO  
ILLVSTRISS. ET REV.

D. D. KAROLO MADRVTIO TRID.  
EPISCOPO, ET PRINCIPI, ATQ.  
CARDINALI AMPLISSIMO,

In eiusdem felici ad Cardinalatum euectione  
à Nicolao Inamio Tridentino, officij,  
& gratulationis ergò dictus;

IN QVO SATIS ACCVRATA, NEC  
parùm subtilis de Sacrosancto Cardina-  
lium ordine existat commentatio.



TRIDENTI,

Apud Ioan. Baptistam Gelminum. MD CII CIV.

Superiorum permissu.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

NO. 100  
MAY 22 1955

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

NO. 100  
MAY 22 1955

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

NO. 100  
MAY 22 1955

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

NO. 100  
MAY 22 1955

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

NO. 100  
MAY 22 1955

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY



VIRIS APPRIME NOBILIB.  
MAGNIFICIS, EXCELLENTIBVS  
INCLYTÆ CIVITATIS TRIDEN-  
TINÆ CONSVLIBVS

Manfredo Alberto, V. I. Doct. Vincentio Caluino  
Medico, & Philosopho, Francisco è Fatis à Tri-  
laco, Tyberio Custedio Militiæ præclaro ordinû  
ductori à potentissimo Catholico Rege, Iacobo  
Sardaneo, & ceteris collegis hominibus honestif-  
simis, &c.




**Q**UÆ singula spectatissimis in personis vestri  
ordinis, & loci solent esse admirationi; Viri  
in primis Nobiles, Magnifici, & Clari Con-  
sules, ea illustriora in vobis exstant, & emi-  
nent vniuersa; quàm, vt meo, aut aliorum,  
indigeant testimonio: quid admirabilius re-  
cta Ciuitatis administratione? at Vos inter Ciuitatum recto-  
res huius laudis principatum sine controuersia obtinetis.  
Quid in Consulibus præstantius, quàm Ciuitatis rationibus,  
& bono publico consulere, simulq; per omnia Illustrissimo  
Principi, & Celsissimo Cardinali debitum, & iustum obse-  
quium præstare? Præstatis; quid ad integritatem, & iustitiâ  
insignius: quàm communem dignitatem, & utilitatem pro-  
prijs, & peculiaribus commodis, emolumentis, atq; ambi-  
tioni anteferre? antefertis. Quid generosius, quàm grauiter,  
& constanter omnia decernere, deliberare, ritè, & ordine con-  
sultare.

Assuerè, sententias libere dicere, castè, & integrè iudicare, omnia consularia obire munia sine vllò affectu, & defectu? obitis; Quid laudabilius, & viris claro loco natis, & liberaliter institutis dignius; quàm ingenijs fauere, iuuentutem ad bonarum artium studia incendere, de litterarum doctoribus, & eloquentiæ magistris bene mereri? Gynnasium publicum à maioribus persapienter institutum, tueri sacrum, & rectum habere? habetis. Quid diuinijs, quam inopes homines, & commiserandos respicere, quacumque licet ope subleuare, & his benignè facere? facitis; Pupillos, viduas, innocentes defendere, & protegere? protegitis, Quo verborum præconio exornem magnificentiam, splendorem, & animi magnitudinem vestri in celebrandis per tot festos solemnes, & hilaros dies tam illustri pompa, & visendo variorum spectaculorum apparatu, publicis gratulationibus de felicissima Illustris. Principis nostri ad Cardinalatum recenti promotione, cum illustri præstantis fidei, propensæ voluntatis, & piæ in Principem deuotionis argumento? Hinc rectissimo iudicio, & summa ratione Panegyricum à me Illustrissimo, & Præstantissimo Principi nostro in eadem sua ad Cardinalitiæ dignitatis culmen erectione dictum; vt vobis nuncuparem, & dedicarem à me factum esse; omnes, qui iudicio valent; existimo iudicaturos. Nam Princeps, Magistratus, pariterq; Consularis cum sint tanquam anima Ciuitatis; verum est, & dignum; Panegyricum encomia laudum Principi Illustrissimo meritissimo, & Cardinali Amplissimo dicta complectentem sub titulis Consulum Magnificam perionam totius inclytæ Ciuitatis sustinentium, in lucem hominum prodire; præsertim; cùm ego, secundum Principem Illustrissimum, à Vobis rationes mearum rerum præcipuè suspensas habeam, à vestra auctoritate totus pendeam; vt nihil dicam de amicitia; quæ mihi cum vobis vestrum intercedit. Hæc summa est; vt à Vobis etiam, atque etiam vehementer postulem; vt tanta gratia hunc nomini vestro à me inscriptum Panegyricum excipiat, quo

tum Illustris. argumenti dignitas pondus apud Vos habere debet. Sic illa summa rerum potestas, ac diuina vis Principem nostrum Illustrissimum quam diuissimè integerrimū, florentissimum, & ex omni parte perfectē, consummataq; felicitatis compotem perpetuo conseruet, Vobisq; & Reipublice, ac Ciuitati Tridentinæ omnia incepta, consilia, cogitata, vota ad exitum felicem perducatur, omnes, singulos, & vniuersos, omnis ordinis Ciues sospitet; & secundet. Valète. Pulcherrima vere laudis specimina; E Gymnasio Com munitatis Magnificæ Tridenti, Idibus Septembris, Anno Domini **CLCICIV.**

Magnificentia, & Excellentia vestra


Addictissimus Nicolaus Inamius.




## EPIGRAMMA

Antonij Gelli Tridentini Philosophiæ studiosi, ✠  
in Auctorem.

**I**LLÉ en; mente pia magnos qui prodere seclis  
Olim contextus laudum, & stellantia Diuum  
MADRVTIVM Heroem celebrare in tépla receptū  
Cardinei LVDOVICVM, æter uim lumen, honoris;  
Et rerum filo ingentes aggressus eodem  
Actus CHRISTOPHORI intextos deducere; Gēis  
MADRVTIÆ primum emicuit qui nobile sidus;  
Cui sacros inter proceres, celsūq; senatum  
Assurgens oculos Roma obuerebat, & ora.  
Orsus quinetiam memorare horrentia Martis  
Arma, Ducesq; tulit quos Gens Mauortia cumq;  
MADRVTIADVM, mōstrare omnes ex ordine pugnas,  
Gestiarum bello, & seriem omnem pandere rerum;  
Vnde polos sublimis adit MADRVTIA Virtus.  
Dignum opus altoquō Mantoi carmine vatis;  
Siue tua; Arpinas, torrenti flumine lingue.  
Purpureæ at ardenti studio nunc flagrat honores  
Concelebrare sacros; quibus it MADRVTIVS Hero  
KAROLVS insignis, princeps, præsulq; Tridenti.  
Si tibi mens generosa est; si tibi recta voluntas;  
Magnanimos ausus auctoris, lector, amabis.





PANECYRICVS

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

D. D. KAROLO MADRVTIO

TRIDENTI EPISCOPO, PRINCIPI,  
ET CARDINALI AMPLISSIMO

De eius felici in collegium Cardinalium cooptatione dictus  
à Nicolao Inamio Tridentino.



**D**VAE præstantissimæ virtutes, Princeps Illu-  
striss. & Cardinalis Amplissime, Vosq; No-  
bilissimi Auditores; armorum scilicet, & lit-  
terarum, in publicis gratulationum, & applau-  
suum solemnitatibus; quæ nuper in honorem  
tuum, per tot Illustrissimos, & gloriosissimos con-  
tinentes dies pro maiestate personæ, pro rei  
dignitate, ac pro insita Ciuitatis tuæ magnificentia, & splendore  
concelebrata sunt; idq; omni officio, summa cura, incredibili  
diligentia, & mirabili studio, ingenio, industria, atque egregia  
opera admodum nobilium, & clarorum huius in ære Ciuitatis Con-  
suum; pulchro certamine tanquam ingeniorum sublato ex arce  
suo contenderunt in exhibendis celsitudini tuæ honorificentis-  
simis quibusq; muneribus magnificam pompam, & præclarissimam spe-  
ciem clarissimæ triumphæ præferentibus; Hæ bellicorum tormen-  
torum plausibilibus, & faustis fragoribus, ac tonitribus, certa  
quodam numerorum moderatione & modorum temperatione di-  
stinctis cœlum impleverunt; scilicet ignibus omnia collucere fecerunt,

## PANEGYRICVS

erant, simulacra belli, & pulcherrima spectacula, totius populi oculos, animosq; mirum in modum repletia ediderunt; Illæ orationibus, & Carminibus, tum latinè, tum etruscè summa arte elaboratis tua cœlestia dona sic exornarunt; vt eorum eloquentia in triumphis tuis triumphare, & exultare visa fuerit. Et quidem meritò honores à litteris, & ab armis tibi debentur; à litteris; quæ Episcopo, & Cardinali; ab armis; quæ Principi, Episcopo, Cardinali, pariterq; Principe dignissimis. Nam litteræ Episcopi, & Cardinalis præcipuum ornamentum; arma autem Principem in primis commendant, decorant, ornant, seruant, muniunt, protegunt, augent, eius maiestatem venerandam, & tremendam efficiunt; immò litteræ, & arma iunctim in Episcopo Cardinali, & Principe, principem locum sibi vindicant; in tribus personis amicè coniurant; vt omni tempore, in Ciuitate tuenda, in Ecclesia regenda, in Republica Christiana gubernanda, & defendenda, doctum, peritum, sapientem, alacrem, fidentem, paratum, & fortem reddant, in deliberando sagacem, in constituendo efficacem; nec Episcopo, Cardinali, & Principi plus honoris litteræ, & arma debent; quàm litteris & armis, Episcopus Cardinalis, & Princeps debet; nam quòd Episcopus, quòd Cardinalis, quòd Princeps est; id totum litteris, & armis referendum est acceptum; non enim Episcopum, & Cardinalem illiteratum, & inermem Principem, atq; imbellem esse oportet; debentur præterea honores tibi à litteris, & ab armis; quia ab illa progenie es, quæ litterarum, & armorum ab omni æuo, præsidium, & dulce decus fuit, & vt cum maximè est hodie, eritq; æternum, cœlestium felici, & amico numine. Verum enim vero simulacra belli, & armorum spectacula quamuis magnifica, & splendida; temporaria sunt, fluxa, & transitoria. At litterarum opéra, & monumenta æternum permansura, & per orbem terrarum latè circumfusa. Quamobrem ego veluti is; qui nemini concedam, qui ex internis animi sensibus tua gaudia, magis gaudeat, pro virili parte mea, hoc pulcherrimum stadium cum ceteris currere, & pro captu meæ mediocritatis illustrare certamen certare statui; in quo non tam vinci turpe est, quam contendisse decorum; æmulatio, lætitia, & admiratio me ad hoc consilium impulerunt, atq; ambitio (libere enim confitebor) minimè, vt arbitror, reprehendenda; pulcherrimum enim esse, & longè opportunissimum ad meam; quantulacumq; illa est; exultationem,

& famam pptati; si vox mea propriæ, & communis lætitiæ. gaudij, exultationis, & gratulationis de tanta Illustrissimo, & Reuerendissimo nostro Principi nobis charissimo diuinitus oblata dignitate index, & omnium nostrum subditorum præstantissimarum voluntatum & singularium studiorum testis apud omnes homines existeret, & in publicum prodiret; si per genium suum ad omnes gentes rumore secundo perueniret; plus vno seculo vitam, & maximè propter venerandum Principis nomen, ac Illustrissimos; quibus insignitur; titulos; vbiq; gentium auctoritatem, & dignitatem habitura; hoc mihi palmarium, & triumphale venturum. Id tanti æstimo; quanti virtutem ipsam; à qua, & propter quam tibi hæc tot encomia elaborantur, dicuntur, & decantantur. Ac maxima sine habenda gratia illi sempiternæ charitati, & summæ rationi, ratione vtentium; maxima; Auditores, quæ; postquam æterna sapientia, & æterno amore in consilium adhibito nos præstantissimū opus, vel ipsis celestibus animis maximè admirandum in suæ maiestatis imaginem, & similitudinem veluti quosdā terrestres deos cōfigurare, & conformare ei tanta collibitū fuit dignatione; nobis rationis munus, & facultatē orationis in hoc scilicet attribuit, atq; impertiuit; vt non solum intelligentia valeremus, & in apertum inter nos vicissim cordium arcana proferremus, communèq; naturam intuentes nostro cuiq; proximo, ex penitissimo recessu peccatoris tanquam à quodam inaccesso adyto cogitata, & nostras depromeremus sententias; sed etiam; vt eius magnitudinem omnia excedentem, collaudaremus, eius inexhaustæ, & infinitæ liberalitatis beneficia debitis gratiarum actionibus assidue prosequeremur; cum nihil habeamus præter laudum encomia; quod ei retribuamus; etenim; si liberos animos, & mentes ab omni concreione, & admixtione segregatas in hac; quam in terris agimus; vita; gereremus; aut dubie sensibus vniuersè notissimis, & apertissimis voluntatibus, more celestium beatissimarum mentium, essemus; propter mutuam videlicet expositam, & obuiam cogitationum intelligentiam; sed; quoniam animus noster his compagibus inclusus, illigatus, & inuolucris obductus corporeis, & complicatus carneis velaminibus; quas secum voluit multiplices conceptas cogitationes; per interpretem linguam, & sermonis ministerium eas euoluere, & explicare ei est necessum. Hac re maximè supernis numeris, & spiritibus sumus inferiores; quod ad si-

PANEGYRICVS

magnificentos animorum motus, & affectiones loquelæ, & verborum  
 vicissitudine indigemus; cum illi; quia luces purissimæ sunt, &  
 sempiternæ; suas inter se voluntates manifestissime videant, & in-  
 telligant sine vilo sermonis vi; & cū nos multis rebus humiliores,  
 & infimiores simus; hæc re maxime ceteris animantibus præstigi-  
 mus; quod loqui possumus; quare magnificentum, & singulare mihi  
 quiddam videretur adeptus is; qui; quare hominibus ceteræ ani-  
 mantes concedant; eadem in te hominibus intecce lat; quam  
 eundem excellentiæ laudem is; qui ante me nuper superioribus  
 diebus dixerunt; deberi; vel linor ipse ingenuè confiteatur; vri-  
 nar; tam facile esset virtutem eorum imitari; quàm admirandum  
 tam Illustri orationis idea, lumine, & perspicuitate vniuersæ huius-  
 ce clarissimæ civitatis, & omnium populorū præclarissima studia  
 in Principem expriment, & declarant; dum præclaras res ita aperte  
 in medio ponunt, & diuicide exponunt; vt non pronuntiant, sed  
 tanquam in amplissimo theatro agi, & spectari; nec dici; sed oculis  
 cerni viderentur; ego vero habiturus orationem in eundem titulum,  
 & argumentum gratulationis videlicet de sancto, & di-  
 uino Cardinalatus honore Imperatoris Augustissimi, & Iouissimi  
 Rodolphi secundi præcipuo studio, singulari gratia, summa vo-  
 luntate, grauisima auctoritate, diuigentissima commendatione,  
 & vehementissima postulatione, & laudatissima, ac ter maximi Pen-  
 tificis Clementis Octauatissimo consilio, summa prudentia, re-  
 cētissimo iudicio, cum iudicio eiusdem Augustissimi Imperatoris  
 maxime cōiuncto diu, & exactissime librato, cum Dec. beneuolente  
 omnibus Cardinalibus approbantibus, omnibus hominibus ac-  
 clamantibus, & incumbentibus tibi, Princeps Illustrissimæ, & Cardi-  
 nalis amplissime, delato; qui; post duos Illustrissimos prædeces-  
 sores maximos, atque omnium sacrorum commemoratione & præ-  
 dicatione dignissimos Cardinales CHRISTOPHORVM, &  
 LVDVICVM tertius est tua amplissima, ac tulgentissima fami-  
 lia, ordine numeraris; eorum altissimam animi, ingenijque in do-  
 lem perpetuè, cunctis in oculis prætereferens, & cunctatissime pro-  
 ferens; & habiturus in frequentissimo concursu omnis generis om-  
 nis ordinis, omnis ætatis hominum gaudijs exultantium, & om-  
 nibus ætatis gestentium; quis animi suavissimas motiones, &  
 dulcissimas affectiones publica beneuolentiæ, communis amor, ad-  
 dentissimum omnium populorum studium, eximia Cuius cari-  
 tas,

ritas & pietas cum in Madrutiam familiam semper Illustrissimam sic pro meritam; tum verò in te, Princeps ter Illustrissime, firmiter, & efficiunt; sentio equidem ab huius temporis faustissimi gratia, ab argumenti pulchritudine, ab auditorum studijs maximos mihi ad dicendum spiritus commoveri, & inflammarì ingenij impetus, animi motus incitari, alacritatem quandam insolitam excitari.

Ostendant se nimirum nunc maxime ex omnibus partibus animum erga te inclinationes: emicat alacris omnium, & illustri devocio: beata cordium puritas comparet, sese foras exerit, patefacit; non est necesse abditos pectorum recessus perferunt; non; quippe qui a cœnitis in vultu cuiusq; vere lætitiæ, & sinceræ hilaritatis candor, in habitu oris, & in serenis frontibus conceptus mentium, & iudicia tanquam in quadam illustri tabula expressa prænotantur, vel quasi aperto, & patenti in libro præleguntur; non enim inmensitas profuse, & exundantis lætitiæ se iam continere potest, verum aspernata animum latebras ita ampla, & pura, veluti à liquidissimo pectoris fonte flumen, foris perspicua promanat, & late se se diffundit; ut tã verissima esse, quàm maxima cognoscatur. nunc vero est; si unquam aliàs Illustrissime Princeps, & Cardinalis celsissime; ut mihi pro insita singulari humanitate tua, & summa benignitate in huius frequentis auditorij nobilissimo circumfulgente theatro, quàm magnis & quàm iustis de causis tanta gaudia publice, & privatim agremus, & omnem exultandi modum transcendimus; breui dilucida, & facili oratione expedire aggredienti exquisitum animum tuum, atq; aures castissimas, & expurgatissimas præbere minimè dedigneris. Bene habet. video amabilissimam Principis mei faciem dignitatis plenissimã in me conuersam, modestissimos oculos coniectos, & qui assultum Principi honoris, & obsequij gratia; pectatissimos, & nobilissimos Primates, & honestissimos quosq; ciues mihi cõdicere omnes; orq; tenere intenta; sequar; quo me tam felix auspiciam; quo me tantum omnium vestrum aspirantis auræ vocat fauor. Ex plurimis, maximis, ipsq; iustissimis causis; quæ nobis gaudia tã ingentia, hoc tempore, efficiunt, & cumulant; Tres potissimum in presentia adducere in medium, & planos facere mihi constitutum est. Primã quidem ipsam Cardinalatum pono; deinde pondus, & maiestatem personarum; per quas, & à quibus tantus honor, tanto iudicio, tanta dignatione, & æstimatione est collatus, & delatus; tã digni-

PANEGYRICVS

ratem & meritum personæ; quæ tanto honore honestata, & tanto  
 iudicio fuit condecorata. Tu mihi charitas sempiterna, tu summa  
 ratio ratione ventium nunc adfès permaximarum oras rerù cuncti  
 præcos, cursum reges orationis meæ, & optatum ad finem felicitate  
 dirigas. F. S. fit mihi supremorum mundi Principum, atque adeò  
 prorsus diuum cœlitus immiffi; pandere confilia, & magnos euol-  
 uere rerum actus. Illud quidem nemini tantum non imperitiffi-  
 mo obsecrum esse arbitror, Auditor: s. nomen, & officium Cardi-  
 natum à verbis fœmior illius primariæ ad pietatem insignis, & di-  
 uino numine afflatus; quæ mater fuit Samuëlis; illud non obcu-  
 re, & prænotiarum; sic enim effatum constat. DOMINI SVNT  
 CARDINES TERRAE, ET POSVIT SVPER EOS  
 ORBEM. Quæ verba interpretes dainorum varù sic accipiunt;  
 vt Domini Cardines terræ nihil aliud præsignificare assenerent;  
 quàm augustos illos & summos purpuratos Ecclesiæ proceres; qui  
 longo sæculorum intervallo Cardinalium nomen inuenerunt; di-  
 ctionem illam DOMINI inuere, in nò speret declarare Car-  
 dinalatum ab ipso Deo; qui omnium rerum est Dominus; esse in-  
 stitutum; poterò autem verba illa, POSVIT SVPER EOS OR-  
 BEM. eo pertinere; vt Cardinalibus à præpotenti Deo Roma-  
 na Ecclesia omnium Ecclesiarum caput, & Cardio sustentanda, &  
 tuenda; totiusq; simul terrarum orbis pondera verticibus Cardina-  
 lium fulciendi, torquenda, regenda sint commissa, atque impo-  
 sita; neque mihi illorum sententia non multum arridet; credo etiã  
 vobis, ingeniosissimi Auditores; Cardinales à Cardine propterea  
 nomen accipere; quia sicut orbium Cardine vertitur, & per eum  
 mouetur, & regitur, ita maximus Pontifex tanquam orbium vice fun-  
 gens orbium illius; per quod orbium intratur in Regnum Cœlorum;  
 consilio, & sapientia regitur, & sustinetur Cardinalium; Christo, &  
 eius in terris Vicario Cardinales ita affixos, & firmiter ab illo, vt ab  
 orbium Cardines, totos esse aptos, & cõpositos oportere; vt nullo  
 pacto disparari, aut diuelli possint; hinc Pizlatos oēs Epif-  
 copos, Archiepiscopos, Patriarchas ab ordine Cardinalium longo  
 post se intervallo relinqui dignitate, & præstantia; quid ita? quia  
 hi dumtaxit in partem solitudinis similiter, atque ministri sunt  
 assumpti; illi verò coadiutores gubernationis totius participes, &  
 Principes sunt delecti & delegati, hinc esse constituti in culmine  
 dicuntur dignitatis; addunt insuper aliud argumentum validissi-  
 mum.

mum, atque ad magnitudinem, & eminentem dignitatem Cardinalium asserendam probandam, & penitus confirmandam gravissimum. & longè præstantissimum ex ipsius veritatis idest Dei eloquio profertur; sic enim veteri in testamento Deus Moysen appellat, & ait: *Si difficile, & ambiguum iudicium apud te esse possit, in inter sanguinem, & sanguinem causam, & causam, septem, & non lepram, & iudicium videris. Surge, & ascende ad locum; quem elegerit Dominus Deus tuus; & facies; quæcumque dixerint tibi; qui præsentent loco; quem elegerit Dominus tuus; sequeris; & coram sententiam.* Magna hæc verborum sacramenta, magna in y terra. atque testimonia divina. Auditores, magna ad significandam altissimum dignitatem Cardinalium; nam locus ille; quem elegerit Dominus Deus; qui abus est; quàm Apostolica Romana Sedes? Qui sunt illi; qui præsentent loco; quem elegerit Dominus Deus; quorum quæcumque dicitur facere & sententia sequi à Deo iubetur Moyses? Procul dubio Cardinales; quæcum ita se habeant; à iure Divino Cardinales Leviticæ generis sacerdotes principium ducere, progressionem, incrementum, & statum perfectionis habere; qui non videt; is profecto nihil videt. Sed enim ius divinum in lege, & Evangelio continetur; quæ de lege; & his; quæ superius attingit; à iure divino esse Cardinalis satis constat; sequitur; et quæ de Evangelio id ipsum demonstrat. Lucas; is; qui sibi nomen à luce adscivit; diuicidissimè ostendit Evangelio, sexto capite, Christum ipsum ordinem Cardinalium instituisse, ac sancivisse sub nomine Apostolorum & statum, officiumq; his præscripsisse, & præfuisse; sic enim ait. *Legit dividere quos Apostolos nominavit.* Atqui verissimè est; Apostolos Christo; quomodo Cardinales Summo Pontifici assistunt; assistisse; & cum eo sustinuisse omnia. Hinc illud. *Vos estis; qui permanistis mecum in tentationibus meis.* Item apud Iohannem; qui Christo ab arcibus constitutus; altius Aquila pennis excelsi spiritus cædidissimis ad se ipsum se liberantem ita Christus affatur ipse, & effatur. *Et sedes in super thronos iudicantes duodecim tribus Israel;* Quid ad præstantissimum duodecim tribus Israelicæ; quam venerationem cui princeps Cardinalium (ublimitas præside; Republicam Christianam? ex quo facillè intelligi potest; Cardinalatum priorem esse sacerdotio, atque antiquorem; id. è quòd sacerdotium in summa illa cæna duarum creatum fuisse, & ordinatum; qui igno-

PANEGYRICVS

ret; puto esse neminem; cum Cardinales; vt est paullo ante commemoratum; multo tempore ab illa vitima cœna sub Apostolico nomine fuerint designati, & inaugurati. Tam vero ex reris ab Apostolis gestarum monumentis planissimum est, ab Apostolorum profectioe in suas prouincias cuiq; destinatis; vbi legē adorādā, & lucem veritatis Evangelicæ, perinde atq; celestes, & diuini præcones; sicuti præclarissimè fecerunt; gentibus enuntiantes; præpandentes, & patefacientes, crucisq; laborisq; venerabile, & triumphale lignum, ac trophæum Christianæ victoriæ, sublatis non fundis ritibus, & impijs superstitionibus penitus deletis figerent. Itinerentq; Diuini Petrum nomen ab illa facti myltica petra deductū; super quam Christus suam ædificauit Ecclesiā; petros à latere apud se collegas, & adiutores habuisse; quos in causarum iudicijs grauioribus, & totius Ecclesiæ administratione consulebat; inter hos vique Linus, Cletus, & Clemens Principes numerantur; quos, Petro ex rebus humanis exempto, & ad superas sedes euecto, in Pontificatu successerunt; ac ab eo tempore in reliqua omnia deinceps secula, rari ordine, & immutabili constantia Ecclesiæ sicæ res tractatæ & gubernatæ à Cardinalibus aduocatis, sub alio nomine, Summo Pontifici adiutoribus perpetuò fuerunt. At enim nomen Cardinalium alij à Pontiano; qui à Christo salutis humanæ auctore nato; ducentesimo trigesimo primo Anno Romanam Sedem obtinuisse perhibetur; alij à Marcello; qui Pontifex Anno ducentesimo, & quarto à Christi Natiuitate Cardinales numero quindecim constituit; excogitatum fuisse, & impositum huic ordini in litteras retulerunt; quid vero? Cardinalium status, perfectio, & excellentia non ceteris; qui Christo se adiungunt; supereminet omnibus? hi enim conceptis verbis, solemni more, interposita Sacramenti religione obseruationi consiliorum se se diuinorum perpetue addicunt, atque obstringunt; in tantum; vt ex dilectione, & charitate Dei pro tuenda Sacrosancta Ecclesia, pro asserenda, & defendenda Fide Catholica, Christianaq; Religione eos sanguinem effundere, supplicium subire gloriosum vnā cum suo, & totius Ecclesiæ Principe comparatos esse oporteat; iuratum ostrum, huius fidei causæ, & in argumentum obligationis à Summo Pontifice accipiunt ritè gestandum; quamquam Constantinum Magnū cum; qui prius Augustorum cœlesti lumine collustratus in Christi verba iurauit; insignibus purpurei decoris Cardinales cohonestasse

fuisse grauiſſima ſacrorum ſcriptorum auctoritas pro teſtimonio  
 dicit. Auguſtinus Steuchus in libro aduerſus Lutherianos recitat  
 verba ex decreto huius diui magni Imperatoris; quæ inieſta tãca  
 fecit; dum in honorem Chriſti, & Petri regale Pallarium Latera-  
 nenſe omnibus palatijs mundi ſupereminens Diuo Syneſtro ſumo  
 Pontifici, omni optimo, maximo iure donat, & eius ſucceſſori-  
 bus. Ipſum audi mus magnũ Imperatorẽ in ſuo illo auguſtini de-  
 creto ita proloquentem. *Tradimus iſtis Sanctis Apoſtolicis beatis*  
*Dominis meis Petro & Paulo; & poſt ipſa Beato Syneſtro patri noſtro,*  
*Magno Epifcopo, & vniuerſali Papa Vobis Romæ omnibusq; ſucceſſori-*  
*bus eius; qui vſque in ſicem mundi ſeſſus ſunt ſuper throno Beati Petri ab*  
*hodierno die, noſtrum regale Pallarium Lateranẽſe; quod ſuperet, at-*  
*que excellit omnibus mundi palatijs; ſuper & ſubdignis, ſeu coronam capi-*  
*tiſtis noſtri ſummi & ſorum & haterorum ornamentum; quod circum-*  
*ſtat regum collans; inſuper & purpuream Chlamydem, & pallium cocci-*  
*neum, & omnia regalia indumenta & infeſta regiorum eorum; ſimiliter*  
*& omnia infeſta & vel qua ornamenta regia magnificientia. Habitis ho-*  
*norifica verba, & inſignia donis; quibus Diuus Conſtantine Di-*  
*uum Syneſtrum maximum Pontificem, & ei poſtea deinceps ſuc-*  
*ceſſarios eſt proſecutus; ut in tanto verborum honore, & rerum*  
*magnificientia dignos fuerit Cardines; cognofcite. Gloriosa*  
*quoque potentia noſtra homines religioſiſſi nos Clericos, multorum ordinũ;*  
*qui Romana ſeruiunt Eccleſie præcipuus ſplendore ornari. & h. hec illi*  
*cellendi; & magnificentiã; qua exornatur maximus Senatus uſter vi-*  
*delicet Patritij, vel Conſules, & reliqui ampliffimi & agillatus. Ex v-*  
*bis huius maximi, & plane diuini Imperatoris facile colligi poteſt,*  
*& intelligentia comprehendĩ, per homines religioſiſſimos, & clo-*  
*ros multorum ordinum, Cardinales intelligi; ceterẽ itã ſapienter*  
*Principes intelligunt; itque id quidem reſtẽ ſimẽſiam triplex eſt*  
*ordo Cardinalium; ſij ſunt Presbyteri, ſij Clerici, ſij Epifcopi;*  
*ut, ut ordine differunt, ita etiam dignitat; Cardinalis eſt enim Cle-*  
*ricus, Cardinalis Presbyter; Cardinalem Presbyterum, Cardinalis*  
*Epifcopus dignitate antecedit, atque amplitudine; quò maior eſt*  
*ſublimitas tua, CAROLE ILLVSTRISSIME; iniquatior*  
*magnificentiſſimis & excellentiſſimis titulis, & honoribus veluti fide-*  
*ribus reſurgis. Abbatibus, Epifcopi, Principis, & Cardinalis; ſed in*  
*comparatione, Epifcopatus, & Principatus multo plus in dignitate*  
*tua, & excellentiſſis accepta eſt referend; quã Cardinalatus; non*

PANEGYRICVS

enim quia Cardinalis es; Episcopus, & Princeps es; sed qui Episcopus, & Princeps es; Cardinalis es. Quamquam diuina Summi Pontificis Clementis Octauæ sapientia tuas virtutes excellentissimas magis; quàm titulorum splendorem in dando Cardinalatu spectant. Sed redeo ad decretum Magni Constantini. Cum hæc igitur tam augusta Imperialis maiestas gloria potentie sue Cardinales ornari præceperit; eandemq; celsitudinem, & magnificentiam eos habere; qua maximus Senatus Romanus idest Patricij. Consules & ceteri amplissimi magistratus ornabantur; nihil ergo secus dum personam Sacræ Cæsareæ Augustæ maiestatis sue per ea tempora Cardinalibus maius, augustius, sublimius in terris volebat esse; quando eos summis Romanarum rerum apicibus æquabat; qui dignitate proximè ad Imperatorem accedebant; cuius Sacratissimi Imperatoris, & omnium maximi iudicium, & pietatem omnium Christianorum, Imperatorum, Regum, & mundi Principum procedentia sæcula, successione perpetua, secura fuerunt; præsentia (Deo gratia) sequuntur, & sequentur venientia; dum victrix inuadit, & Christianæ religionis propugnatrix humano generi imperabit, & latè regnabit præpotens Austria, cælo gratissima domus; dū thronus maxime Romæ stabit, idest sine fine; sic enim placitis æternis, & fatalibus decretis prouidentie diuinæ fixum, & immotum sedet. quo circa honor, & sublimitas Cardinalatus prorsus incomparabilis est, nihil est in terris tam magnum, tam dignum, tam illustre; quod eam æquare possit; Principum fulgor, & Regum diadema ei comparatum tam longè erit inferius; quàm plumbi metallum fulgore auripremitur, atque obscuratur; quippe Principum, & Regum colla genibus Cardinalium submitruntur, & osculo eorum de xris dato se eorundem credunt orationibus communiari, custodiri, seruari; & reuèrsimè credunt; nam Cardinales à Spiritu sancto contra singulas tentationes maximè instruuntur, septem virtutum insuperabili armatura munitur, & corroborantur; contra stultitiam sapientia, contra hebitudinem intelligentia, contra temeritatem consilio, contra timorem fortitudine, contra ignorantia scientia, contra crudelitatem pietate, contra superbiam Dei timore; idè nihil eos fallere, nihil eorum intelligentiam fugere, nihil ab ijs temere, & præcipitanter agi, nihil timide, nihil esse minatè, nihil indecorè, parum viriliter, parum sapienter, nihil inhumanum, nihil acerbum, nihil impium, nihil arroganter, aut nimis elatè; quòd Deus abominetur;

cogi-

NICOLAI INAMII.

cogitari potest; nedum perpetrari; Quòd si per Cardines virtutes  
 cœli cum Iobe, & Moyse placet intelligere; idest Angelos; qui so-  
 lio altissimi, supremiq; Regum Regis in cœlo assunt; quãta Car-  
 dinalium dignitas? quãta altitudo? qui perinde, ac virtutes ter-  
 ræ, & Angeli terrestres illius omnium supremi in terris Principum,  
 Principis ab illo cœli, & terræ summo Principum Principe designa-  
 ti circumstant; qui rectissimè, & verissimè Cardines cœli, & vir-  
 tutes, idest Sacrosanctæ Ecclesiæ fundamenta nominari possunt, &  
 firmament; quò pacto hac nominatione affiendi? quia vnitos  
 esse oportet ad summum, & perfectum bonum; An est quisquam,  
 Auditores sapiētissimi, tam parum in studijs versatus philosophiæ;  
 qui nesciat omnem virtutum vim in vnione constitutam esse; non  
 in diuisione? hinc Pythagorici arcane illi sapiētiz Antistites vni-  
 tatem ad bonum; nutritudinem ad malum, malum ad diuisionem;  
 diuisionem ad desolationem pertinere asserbant; & est illud my-  
 sticè dictum Pythagoricæ schole. *Oportet hominem fieri vnum;*  
 idest adherere Deo, & vnum spiritum effici cum Deo. Quod? quòd  
 per vnum idem illi Philosophi Deum ipsum interpretantur; sicut  
 ab vnitate numeri ducunt principium; ita à migliore natura Deo  
 omnia tanquam radios ab sole, aut riuulos à fonte deriuari; esse  
 igitur hominem vnum verè dicitur; qui manet in Deo; manet au-  
 tem in Deo; qui in charitate manet, Deus nimirum charitas.  
 Quorsum hæc? vt intelligatis hanc personam Cardinalibus esse im-  
 positam, has partes præcipuè ijs supernè mandatas; vt omnes gen-  
 tes vniant, vnitas ad summum bonum hoc est ad Deum adducât,  
 adducta à multitudinè, idest à peccatis longè arceât, & distineât;  
 diuisionem; quæ tota est à malo Dæmone; tollat, exterminet, pe-  
 nitus interimât; quò fiat vnus pastor, & vnum ouile. Id quod vol-  
 uentibus sæculis aliquando fore; sacrarum sortium indubitata fi-  
 des fidem facit, & diuinarum litterarum persuadet auctoritas; præ-  
 terea huius ordinis quanta sit excellentia; perspicuè vel nomen ip-  
 sum denotat; iam quid sibi aliud vult dictio Cardinalis; nisi quid-  
 dam singularè, ximum, & excelsum, & à communi consuetudine  
 remotum? hinc virtutes Cardinales Prudentia, Iustitia, Fortitudo,  
 & Temperantia nuncupantur; quia inter alias virtutes eminentis-  
 simæ sunt; & maximè Principes. Ac quoniam ordine, & serie re-  
 rum veluti cathena trahente oratio ad mentionem virtutum Car-  
 dinalium deuenit; res ipsa hortatur, & monet, vt de his quædam

PANEGYRICVS

præclara, & audita digna obiter, & breuiter dicam. Quid enim de Cardinalibus dicenti aptius est, & conuenientius; quàm eodem distinctionis contextu virtus complecti Cardinales? quæ vique ad eò Cardinalium sunt propria ornamenta, & lumina; vt; nisi omnia in his tanquam in caelo sidera colluceant; Cardinalitius honor vilescat, fordeat, in atram caliginem, in miseris tenebras, in summam deformitatem & de honesti iumentum conuertitur; Deus Deus hoc malum aueruncet, & longè auertat à sacrosanctis Ecclesiæ ordinibus; meo oriter memento, Auditores, quòd pauò superius tetig; Cardinales propter excellentiam; quæ fastigium humanæ conditionis excedunt; dici virtutes terræ, id est Angelos terrestres; Regnum terrestris sedis Romane & Apostolicæ conuenientiam vtique, & simi brudinem habet cum Regno cœlesti. Igitur omnium virtutum species vno Iustitiæ nomine continentur; propterea illam omnium virtutum Dominam, & Reginam Romani eloquij Princeps appellat. Egregiè. Nam sine Iustitia virtutes non sunt virtutes, in vicia transcunt, & migrant; sine Iustitia prudens; malitiosus; sine Iustitia fortis; temerarius; sine Iustitia temperans; stupidus existit; & quamquam virtutes quatuor communi philosophorum ratione numerantur; vnâ tamen virtutem à Cleanthe, & Zenone Stoicæ familiaris Coryphæo esse censetur; animi perfectum habitum eos beatos; in quibus est; efficientem; & vt ipsi Cleanthi placet; noliina à diuersis officijs sibi diuersa vindicantem; nam, si quid secundum honesti rationem expetendum; quid vè fugiendum sit; nobis prænonstrat; Prudentia est; si constanter & perpetuò vult solū curi; tribui; Iustiti; si voluptates corporeas; quæ gustu, & tactu percipiuntur; moderatu; Temperanti; si labores, mortisq; pericula strenuè, honesti cauti, suscipit, & persequit; Fortitudo; cum his facit Diuus Augustinus sacrorum cœlestis philosophiæ doctorum Doctor, 3 libro de moribus sacrosanctæ Ecclesiæ; sic enim eloquitur (audite Auditores, & vestram sublimem intelligentiam ad verba dei & diuini scriptoris erigite) *Quòd si virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino esse virtutem offermarim, nisi summum amorè Dei; nãq; illud; quòd quæ diuersa dicitur virtus ipsius amoris vario quodam officio; quantum intellego; dicitur; itaq; illas quatuor virtutes; quarum vnam ita si in mentibus vis; vt nomina in ore sunt omnium; si etiam dixerit non dubitem; vt Temperanti sit amor integrum se præstans ei; quòd amatur; Fortitudo amor facillè tolerans omnia propter id; quòd amatur;*

Iusti-

*Iustitia amor soli amato seruicus & propterea velle dominans; Prudentia amor ea; quibus adiuuatur; ab ijs; à quibus impeditur; sagaciter seligens; sed hunc amorem non cuiuslibet; sed Dei esse dicimus, id est summi boni, summa sapientia, & summa concordia; quare à finire sic etiam libet; ut Temperantiam dicamus esse amorem Deo se se integrum, incorruptumq; seruantem; Fortitudinem amorem omnia propter Deum facile perferentē & subeuntem; Iustitiam amorem Deo tantum seruientem, & ob hoc bene imperantem ceteris; qua homini subiecta sunt; Prudentiam amorem bene discernentem ea; quibus adiuetur in Deum; ab ijs à quibus impedi potest.*

Hactenus Augustinus. Nunc vos appello, Serenissimi Cardinales; vos estis amor ille summus Dei; quia vos Deo puros, & integros præfatis; quia propter amorem Dei, & sacrosancti; qui sanguine IESU CHRISTI pretiosissimo est redemptus; gregis salutē, contra fræuissimos, & efferatissimos tyrānos, & impios CHRISTI hostes ad omnia pericula subeunda, ad pressuras omnes viriliter calcandas, mortemq; ipsam vel atrocissimam perferendam, ad cotonam sacri martirij alacriter accipiendam per omnem occasionē præparatos esse profitemini, & præ vobis fertis; quia Deo tantum seruientes ceteris; quæ homini parent; bene imperatis; quia benè delectum habetis eorum; quæ ad Dei cultum; quæ ad dignitatē sacrosanctæ Ecclesiæ, & incolumitatem pertinent; ab ijs; quæ cōtrafaciunt, & officiant; quia propter amorem Dei suum vnicuiq; tribui constanter, & perpetuo vultis; ius, æquum, & honestū, piū, vincula generis humani, inuiolatē, & sanctē seruari, & custodiri iubetis. Et quisquam dubitabit vos nomine virtutū terræ dignari; cum vos ad cælestium illorum choros spirituum; qui virtutum nomine ab operibus; quæ diuino vigore efficiunt; admirandis adipiscuntur; profors conformati esse videamini? o beates, & diuinos Cardinales, similes Cherubinis charitate, similes Seraphinis veritate, similes Thronis maiestare, similes Dominationibus regēdo dominantium officiā, similes principatibus præfidendo capitibus, similes Potestatibus potestatem tyrānorum in populos coercendo, similes Exercitibus, & Militiæ cælesti pro religione, & sancta fide prælando, similes Angelis animarum salutem custodiendo, similes Archangelis reuelata à Summo Pontifice in tetris Dei personam gerente denuntiando, denique; quod caput est; similes Deo; quatenus in humanam id conditionem conuenit; amando, noscendo, sedendo, Videte ergo Audites, ad vos

PANEGYRICVS

enim redeo; huic Cardinalium Augustissimo collegio, Serenissimo, excellensimo Senatu quantum sit tribuendum, quibus honos, quanta reverentia, quanta veneratio debeatur; quos Deus ante sacerdotium constituit, quos Christus constituit, quos Imperatorum Maestas, & Pontificum sanctitudo constituit; eos veluti virtutes terræ, Ecclesie culmina, Reipublicæ Christianæ stabilimenta, orbis terrarum firmamenta non suspicimus? quibus solis arcana communicata sunt, & concredita eloquia Dei; ut Diuus Paulus pronuntiat; ea re consiliarios mirabiles vocitat Origenes; Cardinales sunt illi septuaginta presbyteri, id est seniores; sed non ætate quidem, sed consilio, & sapientia seniores Moyse adiuncti. Et qui sunt? qui sublati disidij, & odij extinctis Principes Christianos sacro belli federe contra impudicos & immanissimos Christianæ fidei hostes capitibus nostris quotidie imminentes. & immanentes deueniunt? Cardinales; qui sunt, qui hæreticam prauitatem abominandam pestem diabolice fidei hominum portenta ab Ecclesia longè repellunt? Cardinales; qui sunt qui Christianos gètes diuinis institutis sacrosanctis legibus. & vera religione tuentur? Cardinales; qui sunt, qui de litteris, de præstantibus ingenijs bene merentur. omnes bonas artes, rectos mores virtutes ornant, promouunt, amplificanti? Cardinales. O immensam, & perè diuinam Cardinalium virtutem, o potestatem in terris incomparabilem, Cardinales Maximum Pontificem; principaliter eligunt; quid dicam magnificentiu? Maximum Pontificem eligunt. Petri Damiani verba hoc ipsum testantur attendite Auditores. *Romani Cardinales Romanum Pontificem eligunt. & quibusdam alijs prærogatiuis non modo quæ omnibus Episcoporum, Archiepiscoporum non sed etiam Patriarcharum, atque Primatum iura transcendunt; sed quæ vniuersalis Ecclesie sacramento; isti sicut oculi vnius lapide ipsi lucerna vnius candelæ. Quid à Petro Damiano de Cardinalibus dicit potest vniuersus, & laudamus? Ad summum Cardinalatus eo tempore maxime & verissime fuit constitutus, & omni incremento perfectione sanctitate, dignitate, & maiestate consecratus & inauguratus; Cum sacrosanctus Spiritus Paracletus in verticibus Apostolorum de celo missus sedet in dispersitarum linguarum speciem crebrarum, multiplicibus illius radiantibus coruscum, scintillis igne splendens; natus in latere dissipantium; cum apex purpureus capitibus Cardinalium Apostolorum ardebat; cum caelesti latociano sidereis flant.*

flammas emittente purpura saturato Apostoli circumamicti, & dā  
 uino afflatu pectora repleti, & incitati ferebantur; omnia suauibus,  
 pariterq; terribilibus verborum sonis, in mo tonitribus, & fulmi-  
 nibus omnia miscebant; stuporem, horrorem, amorem, gaudium,  
 & lætitiā omnibus gentibus afferbant; cum ab omnibus totius  
 orbis terrarum nationibus; quæ linguis, institutis, legibus, & stu-  
 dijs, non minus; quā in locorum intervallicis differerent; Apostolicę  
 lingue, & loque, o rem mirabilem dē ō, apertissimē intelligere  
 tur; Tum vero posuit orbem super eos; tum Cardines eff. & sunt  
 inconcussim, immoti, omnis terroris expertes, cedere nescij; cum in  
 gratia confirmati peccare non poterant; hinc vniuersus terrarū  
 orbis sonum, voces, & prædicationes eorum accepit, & percepit,  
 his columinibus, & athlantibus fund. ganicitur sacrosancti Eccle-  
 sia aduersus omnē vim æternū præualitura, & semper triūphatura,  
 proinde minime est mirandum; si Reges excelli, & summi, & ma-  
 ximi quicq; Principes ad Cardinalatum tantis votis, tanta studio-  
 rum contentione aspirant, & illum adipisci gloriosissimum arbi-  
 trentur. Ad quem quā multū nituntur? quā pauci existunt?  
 immo nemo nisi tanquā Aaron vocatus, nisi heroicę, & regia nobi-  
 litate, & virtute præfulgens, & celestia aura promotus. Dixi de ori-  
 gine dignitatis Cardinalitię, de officio, de statu perfectionis, de  
 nomine, de incremento, & de elatione ad summum honoris fasti-  
 gium, vel dicam summo proximum, omnibusq; prærogatiuis.  
 Nunc orationis ordo, & series postulat; et de personarum pondere  
 & maiestate dicam; per quas, & a quibus hic amplissimus honor  
 illustrissimę, & dignissimę personę tuę est tributus; optime, & ge-  
 nerosissimę Princeps. Hęc maxima, certissima, singularis gloria  
 tuę, hoc deus præcipuum, & memorabile; quod te ceu fidus luci-  
 disimum, duo fulgentissimos omniū Christianarum gentiū  
 fuimus, & superem Principes Maximus Pontifex CLEMENS VIII,  
 superis timhor, quā hominibus, atque Imperator, Cæsar, Au-  
 gustus, RODVLPHVS II, qui rerum gestarum magnitudine,  
 & cunctoū Imperatoriarum virtutum gloria Magnos Imperatores  
 omnis æui inuocat; iudicij diutissimę de te ponderatis, heroicis,  
 planeq; regijs ingenij tui animi, corporis, & fortunę ornamen-  
 tis, & bonis penitus cognitis, & perpectis dignissimū; qui in hęc  
 diuinum Senatū Patrum Purpuratorum coopererēs; censibus iu-  
 dicatū conuenēssimas. sed ego ita statuo PRINCEPS ILLV-  
 STRIS.

## PANEGYRICVS

**STRISSTIME**, te ordine fati, iteq; diuina providentia ad dignita-  
 tem hanc Cardinalitiam esse susceptum, & amico quodam celesti  
 lumine, & nomine familiam Madrutiã perpetuò feliciter respici-  
 entem, secundante, & fortunante, ei affulgentem promotorum; ad hu-  
 ius tam altę fortunę spem summa Illustrissimorum parentum cura  
 altus, educatus eductus, institutus fuisti, ad omnes virtutes ma-  
 gno Prælo, magno Principe, magno Heroe, dignis cõformatus,  
 ad omnes nobilissimas artes, ad omnia illustria disciplinarum stu-  
 dia egregiè cruditus, excultus & perpolitus; & ita excelsa erat in  
 te puero indoles; vt quantus tunc es; iam tũ sperari inciperis.  
 Omnino debebatur heroicę, & excellę ab utroque genere paterno,  
 & materno nobilitati tuę excelsus Cardinalitius honor. Quę cõs-  
 pectora ad eò obtusa gestat quę natio locorum tanto intervallo ab  
 omni hominum consortio disungitur in extremis; remotissimis  
 terrarum, & maris interminatis partibus seposita; quę Madrutiã,  
 & Chialtẽm Familias Illustrissimas tot præclarissimorum Heroũ,  
 & magnanimum Procerum, & inuictissimorum Ducum progene-  
 ratrices, & propagatrices nesciat? qui rebus pace, & bello gestis,  
 & facinoribus mirificis, & inauditis militaribus edictis ita humani-  
 tatis fastigium supergreffi sunt; vt omnibus gentibus omnibus sæ-  
 culorum ætatibus se admirandos, suspiciendos, venerandos, omni-  
 bus linguis celebrandos, loquendos, omnibus litteris prædicãdos  
 præstiterint; inter quos numeratur superior illę **GAVDENTIVS**;  
 qui Germanicarum phalangum ductor tam illustrem operam Ma-  
 ximo post homines nates Imperatori **CAROLO QVINTO**  
 in illo æternum memorando prælio Ticinensi cum fortissimo, &  
 inuictissimo Gallorum Rege Francisco primo, præstitit; vt tam in  
 signis victorię decus, & maximi Regis capti gloriam purissima, & ma-  
 xima **GAVDENTII MADRVTII** virtus, & inuictissima dextera,  
 omnium confessione, & ipsius hostis ingenua, & generosa testifica-  
 tione maxima ex parte reportauerit. Nihil dico de **ALIPRAN-  
 DO**, & **NICOLAO GAVDENTII** Filijs; quorum alter in om-  
 nibus expeditionibus Gallicis, Transalpinis, Cisalpinis, Italicis, &  
 Alemanicis eidem **CAROLO V.** honorificentissimis, & splendi-  
 dissimis militiæ honoribus condecoratus stipendia fecit, omnibus  
 prælijs interfuit, res in his admirandas consilio, & manu gessit; sæ-  
 pè cum maximis bellatoribus, ducibus militiæ fortissimis, & Prin-  
 cipibus singulari certamine ex pronocatione, pede collato, comi-  
 nus

nus pugnauit; maximas vrbes primo impetu non aliter quam ful-  
 men Martis expugnauit; maximis urbibus à CAROLO V. præ-  
 fuit. Quòd si inuida mors summis uiris ferè iniquè illum immatu-  
 ra non præcipuiffet, omnem gloriam Ducibus, & bellatoribus læ-  
 culorum, & glorię Principibus abftuliffet; hunc Illuftriffimū pro-  
 cerem quanti fecerit CAROLVS V. acerbiffimus luctus, &  
 lachryarum altiffimæ; quibus hic rãtus Imperator, & rã pius funus  
 cohonestauit; ut nullus poterit morè filij grauius ferre, aut magis piè  
 collachryari, & tunc rãtius lugere poffit; alter uerò Germanicę le-  
 gioni præfectus femper CAROLI V. Imperatoris omnibus in  
 bellis literi affixus fuit; ubi oculis tantę maiestatis commemoran-  
 dæ in perpetuam feratudinis, & omnis bellicę laudis, & omnia ed-  
 didit; præfertim in eo bello; quod ab omnibus ferè Germanicę  
 principibus hæreticę lue, & infano furore deprauatis potentiffi-  
 mis & bellicofiffimis Ducibus, & liberis Ciuitatibus armis & bello  
 infuperabilibus, uirium fidacia audaciffimis contra CAROLVM  
 QVINTVM fœdere Salmandico in prouinciam totus Germanicę  
 conuerfis acerrimè pugnante pro religione, pro fœderis aris, pro  
 CHRISTO, & pro Maiestate Imperij ita atrox exarfit; ut uni-  
 uerfos Europę populos pios, & Chriftianos terrore concufferit;  
 fed res benè cefsit, Deus caufam fuam defendit, CAROLVS V.  
 uictor, & gloriofiffimus triumphator, Hoftis præfigniti, & d. bellati,  
 in bello autem Senenfi contra Gallos fufcepto quantum NICOLA-  
 LAI MADRVTH, & quàm in fignis uirtus inclarauit; cum ma-  
 xima admiratione Ioannis Medicis præfentiffimi Imperatoris;  
 apud quem illius uoluntate humo erat imperij; Nam res itidè bene  
 gefciffa fuit, Senarum Vrbis Hincitæ pulcherrima, ac muniffima,  
 ualidiffimisq; præfidij firriffima in potestatem Cafaris ad-  
 ducta; & q; cõfilio, Illuftriffis opera, & uirtute eximia NICOLA-  
 LAI MADRVTH, hofibus ingenti prælio, occidione occiffis, cum hor-  
 ribili Gallici sanguinis inundatione. Quis tacitum relinquat illu-  
 ftriffis munus & omnibus litterarum præconij digniffimum patrem  
 tuum, Princeps Illuftriffime, FEDERICVM MADRVTHVM  
 NICOLA- Fatum; qui uoluntate, & togę clariffimum decus exhibi-  
 tiffis eius enim in bello Punico pro Potentiffimo, & Catholico Hi-  
 fpaniarum Rege PHILIPPO II. uirida bello dextera & Martialis  
 Madru. nus uigor mirandum in modum cancuit, nomenq;  
 & decus magnificum expugnatæ Infule Myuingis; fibi p. p. p. u.

PANEGYRICVS

Ita belli tota moles ei, & Carolo Cardz pro Regi Siciliæ, & Sædeo Hispano nobilissimis, & clarissimis Ducibus incubuit. Quanta vero cum prudentiæ, consilij, animi magnitudinis, dexteritatis, præstantissimæ fidei laude duas legationes ad Summum Pontificem GREGORIVM XIII. primum nomine Sereniss. & Maximæ Ducis Sabaudiz Em: nuelis Philiberti; cui affinitatis vinculo cõiunctus erat propter Illustrissimam Comitissam à Chialante Elisibetam coniugem suam; deinde pro nostro Sacratissimo, & Potentissimo Imperatore RODVLPHO II. obiuerit, & per tot annos personam illam maximum sustinuerit; id tam illustre est, quàm quòd illustrissimus. Quid dicam de GEORGIO illo præstantissimo Procere; & Duce acerrimo, robustissimo, & eximia corporis dignitate, ac miranda membrorum apte configuratorum proceritate spectatissime; qui maximis, & gloriosissimis per Charintiz, & Pannoniz bella factis sempiternam famam sibi comparauit; seq; illustrissimis natalibus suis dignissimum probauit. Utinam nobis hunc mors acerba, annis florentissimis, & viridi æuo, non eripuisset; omnes clarissimos omnium ætatum Duces bellica laude æquasset. Inter Romana antiquis suos Decios, Curtios, Fabios, Papyrios, Fabricios, Artiles; si cum Madrutijs, aut militari virtute, aut constantia, fortitudine, fide, pietate, magnanimitate conferantur; veluti à Sole cetera cœli signa præstinguantur, & opprimantur. Melius ipsa hortatur; vt huic loco præsentis Domus Madrutiz lumina propter eorum mirificum omnium laudum splendorem adscribam; quàm ingentes spiritus innatæ Madrutiano sanguini generositatis, & animi altitudinis Illustrissimus, & Venerabilissimus Tridenti Decanus ALIPRANDVS gestat cum FORTVNATO Fratre, qui FORTVNATVS etiam & ipse honorificentissimos militiz ordines in bellis Vngaricis, & Charintiacis meliori æuo ducens egregia expediri ad omnia consilia capiendi, & explicandi ingenij, atque alacris, intrepidiz; in subitis belli casibus, & discriminibus præsentisq; animi experimēta præbuit; in hoc Procere sanctissimos mores, moderatissimum ingenium hæc ætas admiratur. Sed enim ALIPRANDVS quantum ad omnia fuerat, grania, seriu, & excelsa sit maxime aptus, & propensus; vt tantam personam & tam heroico satu procreatum deceat; amen ita securitatem humanitate, grauitatem comitate, ac fortitate in lepore, & morum suauitate, congruenter decoro, & dignitati temperat, &

dulci mixtione coniungit, vt nescias vtrum magis diligendus sit, an suspiciendus, & venerandus. Habet sermone venustatem, festiuitatem, & dulcem argutiam; quã veluti ambrosia eorum animos pascit; qui certis horis, & temporibus illum officij, & animi gratia adeunt; hominum honestorum, nobilium, litteratorũ, atq; elegantium; dicas ab Attica musa, aut Charitibus Deabus huius Proceris pectus inhabitari; in liberalitatis laude, magnificentie, splendoris in omni vita, victu, & actu, ei ex Primatibus, & Proceribus paucos conferas, anteferes neminem; hic deniq; quod primum, & summum est; religiosissimus, integerrimus, in omnia omnibus beneficentissimus; & officiosissimus. Quo verborum genere dicendus MADRV TIAE Stirpis germen illud generosissimum ILLVSTRISS. GAUDENTIVS FORTVNATI Filius Vir vigilantissimus, providentissimus, & agendi scientissimus; qui antequam miles, Dux sex milium Germanicorum pedestrium militum à Rege Hispaniarum PHILIPPO III. omnium Regum, ex quo Reges in orbe terrarum esse cœperunt; Maximo, & Potentissimo iustus est; deinde à Serenissimo Austria Archiduce MAXIMILIANO Principe sapientissimo, & omni laude cumulatissimo vniuersæ Comitatus Tyroli militiæ Præpositus cum annuis stipendijs admodum splendidis. Ex tantorum Principum iudicijs præclarissimus; quid de hoc procere sit iudicandum; Facile præscribitur; etenim in eo omnia summa exstant; rectum ingenium, & erectum, perspicax iudicium, mira prudẽtia, ingens vis eloquentiæ, excelsus animus, multa, & magna virtus politiores littere, & interiores, disciplinæq; omnes Principe viro dignæ; tum maxima auaritia, modestia summa, facies decora, & spectanda totius corporis dignitas, & gratia florens fauore publico. Optimus, Maximus Deus hoc lumen, & Patriæ charissimum caput quàm diutissime conferuet, & eius vota ritè, perpetuò secundet. Quàm generosa, quàm pulchra ad omnem heroicam laudẽ indoles, quàm illustre lumen mentis, quãtus ingenij viuacis impetus, in Illustrissimo EMANVELE, & Illustris. FERDINANDO Comitibus, & Baronibus fratribus tuis, Illustrissime Princeps, dignissimis apparet, & elucet; quorum magnanima virtus; quantum vis magnæ, & præaltæ fortunæ est capax. Hic in bellis Flandricis animum Madrutio generi parem, & respondentem per omnia gessit, & præstitit sub Sereniss. ALEXANDRO FARNESIO Parmæ & Placentiæ

PANEGYRICVS

tix Duce Imperatore ; cui vel ALEXANDER MAGNVS Ma-  
 cedonum Rex in bello, & armis virtutis præstantiam inuideat ; &  
 firmi quique omnes æui bellatores hac laude facile concedant ; atque  
 sub Serenissimo, & Excellentissimo ARCHIDUCE ALBERTO  
 Austriaco maximo etiam, & ipso ; si quisquam alius ex omni sæcu-  
 lorum memoria existit ; exercitus Imperatore ; omnibus obeun-  
 dis militariibus muneribus cum summa fortitudinis gloria ; id quod  
 notius est, & clarius ; quam ; ut neam desideret commemorationem ;  
 ille Duce Illustrissimo GAUDENTIO Patruale, præfecto copi-  
 arum pedestrium Germanicarum à Catholico Rege PHILIPPO  
 TERTIO in bello Canisiano ; dum pro sancta fide, pro sacri Im-  
 perij dignitate, & pro re Serenissimorum Archiducum Austriae, &  
 incolumitate omnes belli labores subit, sustinet, omnia pericula  
 adit, dum algores, dum ætus, dum omnes difficultates, omnia in-  
 commoda, omnia dura constantissimè perfert, dum sibi nihil par-  
 cit ; parum absuit, quin hæc Illustrissima Madrutiorum lux extin-  
 cta fuerit. Rarissimum est in his ; qui Martem, & Bellonam sequun-  
 tur, Christianam pietatem inuenire ; immò satis & abundè est ; si  
 diuinas Christi leges, & omnia cœlestia præcepta non insuper ha-  
 beant, contemnant, & iustitiam omnem pedibus conculcent ; at  
 MADRVTH DVCE ita armorum, & virtutis excellentiam mili-  
 tatoris cum IESV CHRISTI cultu, superum reuerentia, & ius-  
 titia coniungunt, ut difficilè sit deliberare ; vtrum bello, & armis ;  
 an religione, pietate, innocentia, integritate, & beneficentia ma-  
 iores sint, Proximis annis superioribus ; in obsidione Canisæ qua-  
 tæ disciplina, quanta modestia, quanta seueritate, quanta abstinen-  
 tia, continentia, ordine, & moderatione Castra Illustris. GA V-  
 DENTII MADRVTH tenebantur ; ut nullus miles per in-  
 ciuitatem, ac lasciuiam vnquam discessit ab officio. Iustitiæ  
 quanto libramine militibus stipendia ad diem dictâ perfolebantur,  
 quanta humanitate, & charitate milites morbo impliciti, & de-  
 cumbentes ab ipso Duce visebantur GAUDENTIO ; omnibus  
 rebus adiuuabantur, ab omni metu soluebantur, & verbis beni-  
 gnissimis confirmabantur. Hoccine officium Ducis ; an Patris è-  
 rit ceteri ductores MADRVTHO similes essent ; nunquam in bello  
 cum tor cladibus erraretur ingētibus ; immò res temper benè pro-  
 cederent ; verum propter peccata nostra expeditio Canisæ infeli-  
 citer successit. Et quæ vis eloquentiæ tanta potest esse, quæ  
 CHRI-

CHRISTOPHORI, & LVDOVICI MADRVTHII maximorum  
 Cardinalium diuinas laudes, & supra omnem comparationis ac-  
 positas verbis consequatur? quis tam magnus Heros, tam magnis  
 Heroibus comparare se audeat? quis tam claus; qui comparatus  
 his non ob'oleat? quorum vtrique eminentissimę virtutes nomē  
 magni conciliauerunt; alteri magnitudo animi super omnem eue-  
 & fidem, & supra communem hominum consuetudinem, & exem-  
 plum constituta in suscipiendis, & peragendis maximis quibusq;  
 splendidissimis, altissimis, ac quantum vis arduis rebus, incredibili-  
 bus, & mirabilibus plusquam Regię & Imperialis magnificentię,  
 ac splendoris in honorem summorum Principum, Imperatorum,  
 & Regum apparandis, & edendis operibus admiranda mentis, &  
 consilij altitudo; in frenandis superbissimis gentibus & gubernan-  
 dis potentatibus implissimis, in Summis Pontificibus ad magnas  
 res consilio dirigendis, maximis Vrbibus tractandis, Prouincijs  
 administrandis, Regibus regendis, Imperatoribus imperandis, Du-  
 cibus educendis admiranda dexteritas. Dic tu Mediolanum; cui  
 ab Hispaniarum Rege ter Maximo PHILIPPO II. cum summo  
 Imperio przfectus sempiternam omnium Heroicarum virtutum,  
 & Regiarum ex eo munere famę quęsiuit, & inuenit; dic tu Mar-  
 chia Anconę; quę a Summo Pontifice PAVLO IV. cum sum-  
 ma potestate, ei tunc demandata; ubi per multos annos omnibus  
 laudibus; quę Summum Principem, ac Sapientissimum populorū,  
 & gentium Rectorem commendant; ipsam vicit. Hunc singula-  
 rem Pontificalium onerum adiutorem maximorum participem  
 consiliorum, & Principem, atque auctorem omnes Summi Pontifi-  
 ces, quō id vixit, omni tempore habuerunt. Hunc ad gubernandis  
 omnes fortunas suas non solum Potentissimus Imperator CARO-  
 LVS V. sed Supremi quęq; Reges adiutorem adhibebant. Certē  
 nihil magnum designabat hic excelētissimi animi Imperator. ut  
 aggrediebatur inconsulto CHRISTOPHORI MADRVTHII.  
 Admiramini Auditores CAROLVM V. inductum fuisse ad in-  
 firendam bellum Potentissimis omnibus totius Germanię & bel-  
 lo terocissimis Principibus Federico Duci Saxonię & Langrauiō  
 Cartorum Principi, & Ciuitaribus liberis; qui rebellantes ab Impe-  
 ratore, & a Sacrosancta Sede Romana armorum terrorem terrarū  
 orbi incusserant; induxit CHRISTOPHORVS; scire auctis quis  
 Imperatori tot belli difficultates tam magnis expediens; expedi-

PANEGYRICVS

uit CHRISTOPHORVS ; ratio magnificentissimi post conditū orbem triumphī. & gloriosissimę comparandę victorię iuncta est ; inuit CHRISTOPHORVS . Alteri vero ; redeo enim ad LVDOVICVM Cardinalem . Hic verò est ; quem iure Phœnicem seculi appellare possimus ; hic vas electionis , auro solido , ornatum omni lapide pretioso ; scilicet Iaspide ardentis fidei , nitidissimo , smeraldo spei viridissimo , pyropo charitatis igneę ac topazio omnis gratię fauore factum à celesti opifice ; vt in terris veluti aurū sole lacessitum virtutes eius emicarent ; Ecclesiãq; latè illustratè , & illuminatè ; hic vas honoris incorruptibile , & summissimos sapientię , sanctitatis , prudentię , omnium præstantissimarum artiū , & celestium doctrinarum odores spirans , ab omni labe purissimā mysticę vineę integerrimus , & illibatissimus flos , lucerna quinque Virginū ardens , ciuitas supra excelsum montē , hic verus Cardo sacrosanctę Ecclesię . Hinc tot Sanctissimi Pontifices toties illum Legatum à latere in Germaniam ad conitia electorum Principū Imperialium ; vbi de summa rerum Christianarum , & Impetij agebatur , est destinatus ; hinc Imperatores eum ad Maximos Reges de magnis rebus Legatum miserunt ; hinc summus sacre Inquisitionis moderator , rector , & arbiter fuit declaratus ; hinc quæstiones altissimę , & abditissimę ex penitissimis sacre Theologię fontibus de promptę ; quæ ob obscuritatem scholas omnes Theologorū totius Europę nobilissimas diū , multumq; exercuerunt , & torserūt ; explicandę , euoluendę , enucleandę , ei potissimum fuerunt mandatę , tanquam Summo totius Theologię Antifiti ; atque eius generis erant ; vt nisi dilucidè explanarentur ; fides Christiana , & religio in magnum discrimen adduceretur . Vides Princeps , Illustrissime , & Cardinalis Amplissime , ex quā illustri , generoso , excelso , & eminētē paterno , & materno genere stirpis MADRVTIÆ , & CHIALANTIS ; vides à quātis Heroibus originem ducas , quā illustria domestica laudum omnium , & glorię tibi exempla sint propolita ; neque vero vides tu quidem ; sed non sequeris , aut sequeris quidem ; sed non assequeris ; immò præire magnanima emulatione inflammatus fortiter certas . Quibus nunc existimemus exultare GHRISTOPHORVM , & LVDOVICVM , atq; alios illustrissimos MADRVTIÆ Domus Heroas apud superos letitijis ; quæ agitare gaudia ? cum sibi CAROLVM Nepotem ad illud honoris fastigium videant sublatum ; in quo virtutes illius in hono-

honorem, & gloriam Summi æterni Regis; deinde in familiæ decus sempiternum latè, longèq; fulgebunt; sic exclamât scilicet illi à celestibus sedibus Nepoti; si vnquam nostri memoriam colis; si nostra exempla tibi proponis; si vias ad immortalia vitæ præmia capescenda à nobis signata intueris; euge, magnanime Nepos, certos nobiscum gloria; & hoc agas, vt nos longo intervallo antecedas. Putas nobis te non esse curę? satagimus pro te Dominum IESVM CHRISTVM, & Maximam Viraginem MARIAM Deiparam Sanctissimam orare. Munias huc tibi viam, Duce CHRISTO, & comite virtute; ò quanto fulgidior erit hic tua purpura, ò quanto augustiorem Cardinalium, & Prælatorum præstantium comitatum hic habebis. Videbis Magnū VIGILIVM quondam in tua sacrosancta cathedra sedentem; & quòd te valde excitare debet; sacri Martyrij corona gemmis sideris ardentissima decoratum inter Heroum innumerabilium beatissimos cœtus emicare pulcherrimam palmam triumphati hostis adeptus. Te quoque Nepos charissimè, fors pulcherrima manet; ergò fortiter pugna aduersus mundum, hostem, quàm diù in terris ages; quotidie in acie tibi præliandum; ex officio nimirum personę; quam nunc sustines; hoc sacra purpura à te postulat. Indutus armaturā fidei, castitatis, fortitudinis omnia tentationum perfringes tela, omnes insultationes hostiles victor eludes. Te Nepotem nostrū agnoscimus. Studes placere CHRISTO. Loqui illos Heroas; quos dixi; CHRISTOPHORVM, & LVDÓVICVM MARDRVTIVM, hæc, aut similia tibi pietas persuadet. Ego enim is sum, Auditores, vt egregijs, & illustribus animis; qui in cœlo, diuina dignatione, æuo petruuntur beatissimo; sensum esse; & curam eorum, quos; dum inter homines vitam ducebant; charissimos habebant, ducā. Ergo nō iudicijs modo eorū; qui nunc sunt superstitēs, & qui ajs erunt in sæculis; verum etiam; qui in superiores; vnde prodierunt, recepti sunt; satisfaciendum est, & respondendum; id quod tu præclare facis Illustrissime Princeps, & Cardinalis amplissime. In perillustri, & clarissima luce versantur laudes tuæ, & in conspectu hominum fixæ sunt, oculis ipsis cernuntur. Quanta dignitate, & omnium virtutum commendatione personā istā Illustrissimam Principis, & Episcopi mirifica illustrium, & per quam venerabilium Canoniorum consensione, & electione impostā Augustissimi, & Inuictissimi Imperatoris RODVLPHI

PANEGYRICVS

SECVNDI gratia singulari, & approbatione honorificentissimis  
 & cretis laudibus, confirmatam, omnium bonorum gratulatione  
 exceptam tuentis, atque sustinetis; nemo ignorat; summa cum vigi-  
 lantia, & sapientia Principatum, & Episcopatu gubernas; illustria  
 sincerę, virę & inoffensę religionis, eximie modestę & admirandę  
 animi magnitudinis, iustię, clementię, continentię exempla cõ-  
 stanti, & perpetuo omnium actuum te nore præbes; sic planę; et tu  
 Princeps Illustrissime, & Cardinalis eminētissime, præradies in-  
 star fulgentissimę lampadis supra candelabrum posite, & omnibus  
 quotquot in domo sunt; plenioris tui claritate illuminas; neque  
 tibi verendum est; ne quis te blandus; quã verius de tuis or-  
 namētis prædicite iurauerit; cum Sapientissimus Pontifex CIE-  
 MENS OCTAVVS; qui tuiquam iudicio fide; neque vquam  
 errore potest; & ad illius Augusti Cardinalitij honoris culmen eve-  
 xerit; & inter primos nuncupandum constituit; cuius in cœlesti  
 mente, & sanctissimo animo iam diu Cardinalis antea fueras desi-  
 gnatus; cum tam studiosę, tam grauter, tam sæpe Sacra Cæsarea  
 Maiestatis Maximæ Imperatoris RODVLPHI II. te eiusdem Pon-  
 tificis Sanctitati commendauerit, te iudicio suo præclarissimo orna-  
 uerit; iudiciorum Imperiali, & testimonio Augustissimo mentem  
 Summi Pontificis in altissimam tui contemplationem excitarit.  
 Pro Deus immortalis; cur interdum maxima vota exaudire  
 desinunt; aut tua intempta dona in diem referas? Illuxit tandē  
 illi optatis nostris; qua videmus, videntur Auditores; & illa hau-  
 rimus voluptatem dulcissimam in vita; cum Princeps noster Sum-  
 mus Dei benignitate meritis hominũ virtutum insignibus spectan-  
 dus incedit in iocundissimo conspectu patrię; deinceps postea  
 hunc suavissimum fructum oculorum in palatio, in foro, in tēplis,  
 in sacrosancta Cathedra donis, totis in longissimam seriem, & ma-  
 ximam antonorum, vel potius ætatum, ut Deo freti confidimus, mul-  
 titudinem beati percipiemus. Dona expectata tardus dat Deus;  
 non, ut neget; sed, ut commendet; ut diu desiderata dulcius obti-  
 neamus; citò, & faciliē dato quoniamuis honorabilia, nescio, quomo-  
 do; in maiorem gratiam habeantur, & tantum non ferant. Non  
 vult Deus magna citò dare; sed nobis ferat; ut discamus magna  
 magno animo desiderare. Triumphemus gaudio Auditores, &  
 Deo gratias agamus; qui inter perpetua, & maxima suę pietatis  
 beneficia largitus est CAROLVM ex Illustrissima Familia

MADRVTIA Episcopum, Principem, & Cardinalem; sub cuius  
 tanquam Patris, charitate, & virtute seruabimur & custodiemur;  
 iterum dico; triumphemus gaudio; quia CHRISTVS Principem  
 nostrum ad fastigium summo proximum, nos, & vniuersam Patriam  
 ad gloriam & decus euehit. Episcopus datus est; vt nos custodi-  
 ret; Princeps, vt in recte agendo, & pietate colenda nobis praeiret;  
 Cardinalis creatus est, vt veluti Cardio nos sustineret, fulciret, &  
 stabiliret. Nos Tridenti verbo diuino educabit. Romae nobis ce-  
 lestium thesaurorum dona impetrabit. Factus est omnium eccle-  
 siarum senator; qui fuit vniuersae Ecclesiae Antistes, & moderator.  
 Verè triumphamus, & effuse gratulamur, Princeps Illustrissime,  
 hunc dignitatis gradum summo proximum; quem omnes admi-  
 rantur, cui omnes assurgunt, & honorem maximum aequè, ac re-  
 giae Maieitati habent; praemium virtutibus tuis debitum, exemplum  
 alijs tui similibus, id est Proceribus maximis ad excolenda praecla-  
 rarum laudum studia, tui propositi victoriam, & nostrorum cumu-  
 lum esse gaudiorum. Gratulamur te non sollicitatione, non am-  
 bitione, non prehensione; sed aura supra aspirante, precibus  
 tuorum populorum Deo piè, & castè oblati & effusi, id tibi con-  
 cordibus votis optantium, ipsa virtute prehensante, & ambiente,  
 haec tam excessa adeptum fuisse, idque, in honorem IESU CHRIS-  
 TI, in amplificationem religionis, in auctorem pacis, in fir-  
 mamentum iustitiae, in gloriam, & decus patriae, in utilitatem to-  
 tius reipublice Christianae, in tuorum omnium populorum benefi-  
 cium, in MADRVTIAE splendorem Familiae, in aeternitatem fami-  
 liae, in ornamentum personae tuae, in salutem animae; gratulamur  
 Illustrissimae Familiae Madrutiae; quae semper summorum Heroium  
 mater fecundissima esse perseverat; cum praeter alios tam multos  
 à se omni aetate susceptos Duces bello praesentissimos, armis inui-  
 cibilissimos, rebus praeclarissimè actis, & admirabili cum fortitudinis  
 gloria gestis, Proceres clarissimos, in Romano Senatu, in aula Sa-  
 cratissimorum, Augustorum ex cetero loco conspicuos; te in lucis  
 auras, superis beneuolentibus, eduxit; qui Abbas, Episcopus, Prin-  
 ceps, Cardinalis nobis es; datus, vt paternam nos charitate com-  
 prehenderes, protegeres, vt eximia forte esses, vt nobis viam ad coe-  
 lum monstrares, verbum vitae sustineres; gratulamur clementiae; qua  
 in tuos subditos exemplo diuino vrens; gratulamur liberalitati; qua  
 in omnes pro dignitate assiduè cunctes; gratulamur fortitu-  
 dini,

PANEGYRICVS

dini qua te ipsum vincis, dum is; quos punire potes; magis ignoscere; gratulamur illi aurea menti; quam ab illo sanctissimo mentis seipseritæ lumine plusquam omnes vnus delibrosi, decerpisti; hausisti; gratulamur iustitiæ, & religiõ Christianæ; quæ duo numina animam tuam sedem perpetuam sibi dicarunt; gratulamur omnibus virtutibus; quia, æternam vrbem diuinum patrum purpuratorum Senatam, mentem mundi, admirabile consilium omnium gentium, naçq; font; vbi veluti in altissimo, amplissimo, & illustrissimo theatro explicabuntur, spectabuntur; gratulamur litteris humani generis exornatricibus, & omnium honestissimarum artiũ studijs, quæ te beneficentissimum Patronum, paratissimum Protectorem, proprium, & perennem Fautorem, liberalissimum Mœcenatem habebunt; atque ego in hoc gratulationis officio omnium populorum meorum persequam representatam, & totius Patriæ susceptam esse arbitror; vt inibi non tantum meo nomine Principi gratuler, id quod (testor Deum) ex toto animo, mente, corde facio; sed omnino vniuersorum, & singulorum verbis; que madmodum omnis Annonia Patria mea, & Vallis Solis exoptat; Igitur, & gaudis enuntiem, & declarem; quam personam; vt maximè possum, operam do, fideliter vt sustineam; etenim, celsissime Princeps, si omnes Tridentino Episcopatu, subiectæ regiones Vallis Annoniæ, Solis, Iudicariæ, Rendetæ, & cæteræ; quas longum esset enumerare, vna voce loqui possent; ita dicerent. Quantum boni, quantum honoris, quantum gloriæ Patriæ nostræ est; quantum beneficium, quantum gratiam à Summo Pontifice collatam habemus de Sacro Pastore nostro in Cardinalium Collegium assumpti; quo nomine est; cur gratias Optimo Maximo Deo infinitas agamus; & Principi nostro optimè merito gratulemur, & solemne illud antiquis Romanis; Feliciter, ei apprecemur; si omnes; quas dixi regiones; loqui possent; ita loquerentur; quoniam hoc non possunt; mihi vtrò illarum vice fungi, & partes agere verum esse duxi, vt qui exploratissimos habeam puros, & sinceros in te animorum affectus propensissimorum, & omnium peçtora tibi deuocissimæ; & id quidem meritò; quæ res, quæ causa, quod ius animos, non dico populorum; sed ne cuiusquam vnus hominis quidem, modo sit homo; à te, optime Princeps, animum auertere potest? onera nimis grauiâ, & dura imponis? immo te quàm iustissimum, & moderatissimum, atque abstinentissimum in Imperio geris; vt iugum  
 tuum

tuum suave, & onus lenè dicere verè possimus. Nimio fastu, & animi elatione tumes? at affabilitatis, facilitatis, modestiæ, & humanitatis primam laudem tibi omnes æqui, & iniqui consensu communi tribuunt; & iure optimo tribuunt; voluptatum illecebris, & mollitris, & otio diffusis? at nos ipsi omnes tuæ summæ; & incomparabilis continentiæ, castitatis, frugalitatis, atque sobrietatis, laboris, & industriæ testes certissimi, & oculatissimi sumus quotidiani. Quid est? quæso; quid est? nimium ne iracundus, & asper aduersum delinquentes? immò pectus ita placidum, ita mite, ita ad misericordiam, & mansuetudinem pronum geris; vt lentissimus, inuitissimus, idq; ex intimo corde ingemiscens ad atrocia, nefanda designata scelera, & flagitia ex præscripto potius clementiæ, & æquitatis moderanda, quam stricti iuris vindicanda animum inducas; num quis bonitatem, & benignitatem erga pauperes, inopes, & miserandos homines requirit? at quotidie per singulas horas densissimis pauperum agminibus benignissimè semper acceptis limina principalis palatii calent, absque quòd occultè innumera alia misericordiæ, & pietatis opera in omnes fortunæ insultantis ludibrio abiectos, & perculsos homines assiduè peraguntur; est forsasse quispiam; qui te in bonas artes, & litterarum studia parè bene animatum arguat? at te mirificè ingenijs fauere, bonas artes fouere, à consilijs viros præterquam quòd rectissimos, integerrimos, innocentissimos, sapientiæ præstantissimos, grauisimos, atq; maximo animo præditos, honestissimo loco natos, doctrina etiam liberali politissimos, & omnium maximarum artium cognitione instructissimos tecum plurimos, & assiduos esse meridiana luce clarius est; num quis reperitur tam apertè audax, & proicte impudens, vt te sacro in templo, & diuinis officijs celebrandis vt in frequentem, & remissum insimulare, & accusare audeat? at assiduitatem admirandam, incredibilem diligentiam, singularem religionem eximiam, germanam, natiuam, ac sine vilo fuce, & ostentatione pietatem in sacris ædibus frequentandis, in Deo præcipuè, & ritè colendo, sanctisq; omnibus venerandis à te adhiberi, & præstari tam certum est, & manifestum, quam, quæ oculis apertissimè cernuntur; sic inquam; vt omnes peregrini; qui hanc urbem inuisant; præcipuam quandam gloriam tibi, & vniuerso venerabilium & sapientium huius ciuitatis sacerdotum ordini diuina officia ex ritu, & disciplina Sacrosanctæ Ecclesiæ in choro peragendi, cum illustri te-

PANEGYRICVS

stimonio deferant. Si igitur remotissimus ab omni incuri; quantenus humana fert imbecillitas; si omni genere excellentissimarum virtutum; quæ in Episcopo; Principe, & Cardinali familiam ducit; es ornatus, spectatissimus, & clarissimus; quis ita barbarus, ita à communi humanitate, & sensu auersus, ita immanis, & ferus; qui te præsertim ex duabus Illustrissimis, & præstantissimis Familijs MADRVTIA, & CHIALANTE progeneratum, Serenissimorum totius Europæ Ducum & potentissimorum Principum, & Regum Galliæ, & Lusitanie propinquitate, omnium nobilissimarum Italiæ, & Germaniæ consanguinitate familiarum, omnium Principum amicitijs clarentem, concordissimis fratribus magnanimis, ad decora illustria contendentibus; patruele ad omnia summa nato florentem; & in quo omnia sunt; Maximi Pontificis CLEMENTIS OCTAVI, & CAESARIS AVGVSTI RODVLPHI II gratia, studio, benevolentia, & præclarissimis iudicijs vigentem nõ colat? tantus enim omnium virtutum concentus, tam heroica, & regia nobilitas ducit, trahit, impellit omnes ad reuerentiam tuam, atq; ad prædandum tibi compellit; vt illud verissimum esse videatur; quod à sapientissimis hominibus memoriæ proditur; quandam insignem notam, & signaculum præcipuò quodam diuino munere animis hominum certorum esse impressum; in eo signaculo tantum inesse vigorem, & occultam vim; vt populi vniuersi hominem vnum; qui illud gerat; tanquam superiorem agnoscant, & maxime reuerentur; gerere autem eos; quibus desuper datum est, heroicam & regiam nobilitatem sortiri; absq; eo esset; quo pacto Rex, aut Princeps tot populis vnus terrorem incutere posset? hanc notam diuinam, & signaculum Hæbræi sapientes sinistram, & gladium appellant Dei præpotentis, & vnicuiq; pro captu suo, & animi puritate plus minusve inditum esse produnt; addunt præterea illos Principes, & Reges; qui à populis, & gentibus timentur, iuxtaq; amantur; aliam notam, & signum supernè impressum, & inscriptum habere timoris, & benevolentie efficiens; quod signum dexteram, & Dei sceptrum eadem Hæbræorum sapientia nominat. Hoc illud erat; quòd Daniel Propheta puer duodecimum annum agens duos illos nequissimos, impurissimos, & nefarios senes Sulannam eximie pulchritudinis, & castitatis singulari laude excellentem; propterea quòd eorum flagitiosissimæ libidini morum gerere nolisset; talso adulterij crimine incessentes maiestate quadam vultus; quæ nescio

quid

quid diuinum spirabar, obstupefactos, & percussos falsitatis conuicir, & probata illius pudicissimę Matronę innocentia populū impulit, ad petendos lapidibus, & obruēdos illos sceleris manifestos verulos; Barbarus natione Cymber missus ad Mariū occidendū; qui in priuata domo Mynturnis carcere custodiebatur. Strictum gladium tenens, & Senem, & inermem inuadere nequaquam sustinuit; attonitus abiicit ferrum, & tremens aufugit tanti Ducis claritate præstrictus. Marcus Antonius Augustum Cæsarem in congressu, & colloquio, tacito quodam horrore intuebatur; idcirco Ariolus quidam AÆgyptius vnus ex his, qui geniturarum prædictiones profitebatur; auctor erat Antonio; vt ab Augusto Cæsare se quā longissimē subduceret; à genio suo genium Cæsaris timeri; & cum seorsum alacer esset, atq; elatus; Cæsare propius accedente demittere sese, & fieri; quā ante; abiectiorem; idem Regem Gallię Virum alioqui præstantissimi animi, & generosi simę in l'ois Francisco II. accidebat, quando cunq; in conspectu Imperatoris Diuini Caroli V. versabatur. Quin etiam hoc ab ipsdem sapientiarum mythis traditum est; numen ex nobilioribus mentiū beatissimarum cœlestium ordinibus, & choris in custodia, & protectionem Principibus datum esse, & Regibus; quo Duce, ac præeunte, & præuente rectē ambulent, omnia videant, intelligant, agant, & persapienter transigant; vt admirandum non sit; si humanitatis fastigio excelliores incedant instar numinum; quōd si Principi cui quā hęc felicitas diuino nutu cōtingit; vt Ciues, & subiectos omnis ordinis, & generis, sui reuerentes, & amantes nanciscatur; tibi contingit Optime Princeps, & Cardinalis eminentissimę; tibi spiritus Angelicus ex altioribus cœlestiū animotū ordinibus custos, Deo volēte est assignatus; dextera, & sceptrum Dei animo impresum tuo; hinc vniuersos ad te amandū, colendū, venerandū, & pertimescendum populos tuos tarahis, & tacita quādam vj numinis interni commoues; vbi enim in Principem subditorum populorū maior voluntatum propensio? vbi tam admirabilis studiorum ardor; iam expressa obsequij alacritas; quā Tridentinorum, Annaniensium, & Iudicariensium, atq; Rendenensium, & ceterorum omnium ditioni tuę, & Principatui subditorum? qui tecum quasi cum parente liberi viuunt; qui fortuna tua magna, & lætis rectum tuarum successibus; non minus; non minus dico? immō nimium quantum magis gaudent, exultāt, applaudunt, ouant, triūphant;

PANEGYRICVS

quàm ipsorum suis; Vidisti, Princeps Illustrissime, anno superiore, cum Magnus Imperator Rodolphus II. confirmationem electionis Principatus tui, & approbationem, atq; placitum Augustalibus codicillis cum omni honorificentissimo, atq; amplissimo verborum genere, cum illustri singularis gratiæ Imperialis, benivolentia præcipue, & vnicę dilectionis testificatione consignatum ad te misit; quàm magnifico apparatu, quàm illustri pompa hæc inclyta Ciuitas tua, & vniuersi Imperio populi subiecti tuo solemnè ingressum tuum ex more veteri recepto hanc in Urbem. Teq; aduentum in possessionem Principatus Tridentini profecuta fuerit; quæ species oculis spectantium iucundior obijci poterat; quæ ita frequentes tot iure feudatario tibi obstrictorum perillustrium Baronum, tot clarorum procerum, tot iurisdictionum Dominorum auro, & ostro varie fulgentium comitatus in nobilissimis, & præstantissimis equis splendidissimo phalarum cultu visendis sublimis, quæ tot primæ Urbis, clarissimi excellentissimi, & nobilissimi Senatores, Magnificentissimi, & nobilitate spectatissimi Consules, quæ tot iuuenum flos ex prima nobilitate Tridentina versicolori veste à precioso, & eximio opere, atq; præstanti labore maximè commendanda spectabilium; quàm directarum pedestrium, & equestrium agminum acies ordine procedentium, & quasi ad pugnam ineundam instructę? quid? tot arcus illi magnificentissimi, & excellentissimo artificio fabre facti cum iconibus, & pulcherrimas in facies virgineas imaginibus ad viuum & molliter expressis, varias tuas virtutes alludentibus, cum illustribus elogijs in Celsitudinẽ tuam Ciuium voluntatem, & benivolentiam testantibus, cum ingeniosis argumentorum inuentionibus, & argutis dictis honoris tui inscriptis; quis populi confluens exundantes nubes oratione complecti posset; qui illis dierum solemnitatibus visendi studio Tridentum ex omnibus Regionibus effuse conuenerat; Montes ipsi videbantur moueri, & altitudinem suam cernuantes tibi per Urbem tanta maiestate incedenti, venerabundi inclinare, & se summittere; ne dum Urbis tecta, & culmina ædificiorum; quæ fuit ab omni ætate, ordine, & sexu hominum acclamationibus celebrata fuisit; salices; qui te propius oculis visurare poterant, qui procul sequebantur; te honorificentissimis vocibus, clamoribus, bonis omnibus, votis, & plausibus prosequerentur, omnia bona tibi à cælis continenter apprecabantur; quàm lætę ceterarum

puo-

pnerorum tibi, & domui MADRVTIAE benè ominantium ordi-  
 ne sub signis per urbem circūcursantium pro puerili simplicitate  
 precationibus æpius ingeminatis. astra in hæc consonantia verba  
 pulsantium. Viuat scælx, viuat Princeps noster, ô scælx viuat  
 MADRVTIA DOMVS. Quàm pericè milites fistulas, & æ-  
 rea tormenta certis modis & composito bombo, ac sonitu explo-  
 debant; terra ingentibus bellicarum te nitribus machinarum tre-  
 mefacta quatiebatur, montes reboatibus leuissimis vndiq; perso-  
 nabant; tremulis tubarum clangoribus aures mulcebantur, animi  
 exhilarabatur, tympanorū martialibus sonitibus oīa replebantur,  
 festiui campanorum ærum titinnitus ingeminabantur. Hæc quidē  
 parua dictu videntur; sed magna sunt ad significandos hominum  
 sensus. Quam præclarum spectaculum tribuisti, cum in arcem, &  
 Episcopale palatium ascendisti; à sacris ritè, & solemnī more ma-  
 ximo in templo DIVI VIGILLI peractis, cum scitissimo, & peri-  
 tissimo phonaſcorum concentu, alternatibus choris; & audita ora-  
 tione splendida, graui, luculenta à nobili, clarissimo, & per quam  
 Reuerendo Canonico Tridentino Philosopho, & Theologo præ-  
 stantissimo Beltramo Pezania habita; quā solemnem tuam ing-  
 gressionem diuinitus fortunari precabatur; fortunabitur, ne dubi-  
 tes, Optime Princeps; id ex bono auspicio cælesti manifestum est  
 præsignificari; sic enim statuere debemus; diuina quædam ratio-  
 ne, & consilio perfectum esse; vt ab ipso Augustissimo Imperato-  
 re statim secundum illas sanctissimas superis, hominibusq; omni  
 honore, & spiritali gaudio celebratissimas atq; beatissimas lucas;  
 cum Christus liberator noster vera lux reuixit, in vitales aetheris  
 lucis auras, vt nitidissima Phoenix è sepulchro diuina suapte vi e-  
 ductus; tibi longè amplissimum, & honorificentissimum deploma,  
 & approbatio electionis in Tridentinum Principatum Augu-  
 stalibus cōsignata tabulis est missa, eo anni tempore angustissimo;  
 cum omnis tellus gêmea florum oculis, naribusq; amicissimorum  
 varietate deſinita, picturataq; erat, cum nitēbat cælum; cum ho-  
 notes suos omnis arbor ostentabat; cum pubescebant herbę, cum  
 omnia ridebant; oculis blandiebantur; cum spirabant mollissime  
 fauoniorum aurg flaminibus suis comas arborum leniter ventilan-  
 dō aures placidissimo murmure in tuam laudem mulcebant, cum  
 in numerabilis copia, & multitudo anicularum vsque, & vsque li-  
 quidissimos, & dulcissimos concentus tenui gutture modulatè fun-  
 ditabant;

PANEGYRICVS

ditabant; internosq; audiendum sensus admirabili voluptate per-  
funditabant; cum perennes riui prae variegatis interfectis lymphis  
lympidissimis ad versicolores lapillos molliter fructis. & allis saturum  
efficerent dulcissimum, nonne tum omnis rerum natura  
honoribus tuis, Princeps Illustrissimè, fauere videbatur? tua gau-  
dia concelebrare? tibi omnia fausta, felicia, & laeta ominari? non-  
ne Domui MADRVTIAE Illustrissimè, & Ciuitati Tridentinae,  
omnibusq; populis, tuo Principatui, & Episcopatu subditis noua,  
florida, beata, aurea, gemmea saecula ab aeternis feliciter perpetuo  
libentibus ductum tui monebat? sub te Principe nouam fortunae  
felicitatem lucem resurrecturam? o admirandos diuinè indulgentiae  
fautores: ecce tibi auspiciis anni superioris alio auspicio faustis-  
simo Optimus Maximus Deus hoc anno praesenti comprobat, &  
confirmat, auspiciatissimo tempore, id est pulcherrima aetate, cum  
omnis rerum vniuersitas viget, praepolletq; suis dotibus; qui maxi-  
mo Pontifici CLEMENTI VIII. quo à plurimis saeculorum aetati-  
bus nemo in sacra puppe clauum tenens felicitus sedit; mentem  
immissit, vt te in Augustum Senatuum Serenissimorum Cardinalium  
adsciscere; idq; diebus Pentecostes sanctissimis; cum Apostolis al-  
mum, & sanctum Spiritum Deus è caelo delegauit, eos linguis in-  
flammat igneis, vigore diuino corroborauit, sepeiformi gratia  
beauit; & quemadmodum superius dictum est; Cardinales effe-  
cit; vt tua imitatur augusta purpura fulgore ignis spiritus inflam-  
mantis aethericos? vt oculos spectantium implet? ergo tam attem-  
perata temporum oportunitas, tantus omnis naturae fauor, tanta  
animorum consensus, tanta voluntum concordia, tanta spirituum  
conspiratio, tanta sententiarum, & studiorum coniunctio, tanta  
consiliorum participatio supremorum Christianarum gentium ca-  
pitum, & vniuersi purpuratorum Procerum Diuini Senatus vni-  
mitas in tua persona condecoranda augustissimo hoc honore, non  
nisi diuino impulsu, & Spiritus sancti afflatu exorta est; superi me-  
ritorum tuorum relictis, & integri existimatores fuerunt; sicut fuit  
voluntas in caelo de te; ita factum est in terra. Quae cum ita sint;  
tot gratulationes non modo tuorum vniuscuiusq; ordinis generis,  
loci, aetatis subditorum; sed exterarum etiam gentium nobilissimarum;  
Europaeq; nationum diuinitus excitatae sunt, & Summi Reges  
Maximi Principes, omnesq; Primates Ciuitatum Italiae, Germaniae,  
Hispaniae, Galliae officiosissime tibi ab ij per litteras, alij per legatos,  
alij

alij præfentes coram gratulati sunt; omni q; Celsitudini tuæ feliciter perpetuò euenire optauerunt; illustrissimum argumentum affectus iudicij omnium hominum generatim, & nominatim tibi bene cupientium, & de te omnia magna, excelsa, & tanto Principe digna sibi promittentium, quid mirum? habes cæstum, & cingulū Veneris idest diuinæ gratiæ quæ omnium amorem tibi concilias, habes sinistram, & dexteram pariterq; diuinæ virtutis sceptrum, quo in animos omnium, & in voluntates, in pectora, in corda dominaris; omnino loquor, quæ res est. Hic orationem meam terminabo sine vilo te amandi, & colendi fine, & termino; interminatus enim, & æternus in te amor, æterna mea tui venerat oscum voto, vt sinistram, dexteram & sceptrum diuinum Deus tibi proprium, & perpetuum esse donet, vt Angelus custos ex nobilissimo spiritu cælestium choro datus, te semper custodiat, tibi semper præfens ad sit, te ducat, deducat, reducat, te perpetuò comitetur; ipse Opt. Max. Deus spes tuas omnes perpetim superet; optanda præueniat; optata præcurrat; quidquid animi altitudo tui generosè concupiscit; indulgentia prætente antecedit; prout Deus ad tribuendū dilectis suis & electis est; quàm illi ad optandum, celerior, Hoc addam extremæ Orationi meæ. Princeps Illustrissime, & Cardinalis Excelsissime, vt hunc Panegyricum augustissimo tuarum virtutum heroicarum templo à me seruo tuo fidelissimo & fidelissimo, atque æternum addicissimò castè oblatum apud celsitudinem tuam, si minus, vt Phidææ, Ionis signum, atque Apellis tabulam, at certè tanquam pignus simplex, & monumentum purum æternæ deuotionis ergo te meq; habeas; dignerisq; interdū; quomodo is; à quo talis & tantus es; Opt. Max. Deus in paruos suos solet; in me clementiæ, & pietatis tuæ oculos si. ceterè, & conuocare.

D I X I.



A V C T O R I S  
ODE IN REVERENDISS. ET ILLVSTRISS.  
D. D. KAROLVM MADRVTIVM  
Principem, & Cardinalem Ampliss.

I AM vota Altitonans publica Ciuium  
Firmat; quiq; Dei MADRVTIIS fauent.  
Ostro conspicuus sacro  
Præsul inclytus ambulat,  
Proles MADRVTIADVM KAROLVS edita  
Cello sanguine, honos, lux noua seculi.  
Hoc præfaga futuri  
Olim Musa canit mez.  
Felix, grata choro gens pia cælitum  
Omni MADRVTIA. Hoc non Nemesis negat.  
Semper lux Domini nitet  
Sortis MADRVTIAE noua.  
Omnes MADRVTIIS pergitæ cœlites  
Præbere ab nitidis numina sedibus.  
Cælo defluat alto  
Hanc in progeniem fauor.  
Nunc cantu populi sidera personent.  
Peas Ciuis ouans quisq; canat sacrum.  
A Eterno vsq; parenti  
Gentes promeritas agat.  
Tu Cælo, Vigili, lumine dextero  
Dilectum populum respiciens Triden  
Tinum tempus in omne  
Gentem MADRVTIAM tege.  
Numen tergeminum fac prece præpotens  
Ores dona sui numinis hæc tuens,  
Vt præfens propria augeat,  
Ad summumq; apicem ueheat;  
Sedis magnificæ sideribus minans  
Moles perpetuum stet tibi sic sacra:  
Mystrarum recinat tibi  
Casta encomia sic chorus. |  
FINIS.

P/6025



THE HISTORY OF THE  
REIGN OF CHARLES THE FIRST

BY  
JAMES HAYWARD  
ESQ;  
OF THE MIDDLE TEMPLE  
IN GREAT BRITAIN

LONDON

Printed by R. CLAYTON

at the Press of J. STURGEON

in the Strand

1720

MDCCXX

1720

1720

1720

1720

1720

1720

1720

1720

1720

1720

1720

1720

THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM THE FIRST SETTLEMENT  
TO THE PRESENT TIME

BY  
NATHANIEL BENTLEY  
OF BOSTON

IN TWO VOLUMES.  
THE FIRST VOLUME  
CONTAINING THE HISTORY  
FROM THE FIRST SETTLEMENT  
TO THE YEAR 1780.

BOSTON:  
PRINTED AND SOLD BY  
J. BENTLEY, AT THE  
SIGN OF THE BIBLE, IN  
CORNHILL.

1787.

THE SECOND VOLUME  
CONTAINING THE HISTORY  
FROM THE YEAR 1780  
TO THE PRESENT TIME.

BOSTON:  
PRINTED AND SOLD BY  
J. BENTLEY, AT THE  
SIGN OF THE BIBLE, IN  
CORNHILL.

1788.

THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM THE FIRST SETTLEMENT  
TO THE PRESENT TIME



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

T

I-Op

64

PANEGYRICVS  
MO MO  
ILLVSTRISS. ET REV.

TRID.

ATQ.

ectione

cij,

NEC

na-



Apud Ioan. Baptistam Gelminum. MD CIII CIV.  
Superiorum permiffu.